



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Vigesimotertio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-3333**

fametur. Tum ibi solus operatur deus, Tum ibi nihil est humani opes. Hoc cum vocatur sabbatisnum vere seruasse & sanctificasse. Tum homo a seipso non ducitur. Tum non per seipsum voluptate afficitur, tum nulla turbatur, sed deus ipse eum dicit, ibi tū plane diuinæ sunt voluptates, pax, & leucia, vna cum alijs bonis operibus, & virtutibus.

### VIGESIMOTERTIO.

¶ Hæc opera deus tanti facit, ut iubeat sabbatum non solum seruari, sed etiam sanctificari seu sanctum iudicari, ita ostendens, nihil esse meus, nihil pretiosius, quam mori, pari, & omnes breuiter calamitates. Sunt enim reliquæ imo sacra conseruatio siue sanctificantia hominem a suis operibus, ad opera dei, sicut templum a naturalibus operibus conservatur ad dei culturam. Itaq; recognoscet eas homo pro reliquiis venerabilibus, gaudens & deo gratias agens si veniant. Nam aduenientes eum ita sanctificant, ut hoc præceptum perficiat. & saluus fiat, liberatus ab omnibus suis peccatis. Sic David dicit. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Atq; ut nos ad hæc confirmem & animet, non solum nobis sabbatisnum præcepit (natura enim valde inuita moritur & patitur, & est amarus sabbatismus, ociosam a suo opere & mortuam esse) sed multiplicibus nos verbis in scripturis consolatus es, nobis dicens, Psal. 90. Cum ipso sum in tribulacione, eripiam eum & glorificabo eum. Item psal. 33. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humili spiritu saluabit. Nec illis contentus, dedit nobis efficax & forte exemplum, vnicum suum filium IHESVM dominum nostrum, qui sabbato toto die festo iacuit vacuus & inanis omnium scilicet operum & primis omnium hoc præceptum impleuit, quamq; nulla necessitate pro seipso, sed tantum ad nostram consolationem, ut nos in omnibus nostris passionibus, atq; adeo etiam morte tranquilli, & quieti simus, & pacem habeamus, respicientes CHRISTVM post suam requiem & sabbatisnum resuscitatum, deinceps tantum in deo, & deum in illo viventem. Sic & nos per mortificationem nostri Adæ (quod perfecte non fit nisi per mortem naturæ, & sepulturam) erigimur in deum, ut deus in nobis perpetuo & viuat & opereatur. Ecce hæc sunt tres partes hominis, ratio, voluptas, & molestia, in quibus omnia eius opera proficiuntur, per has tres exercitationes, dei imperium siue regimen, nostras castissimas, & externas offensiones, mortificanda, ut ita spiritualem sabbatisnum celebrantes, dei operibus locum concedamus.

### VIGESIMOQ; VARTO.

¶ Verū eiusmodi opa & passiones oportet in fide & bona fiducia divini a moris fieri, ut sicut dictum est, omnia opera in primo præcepto & fide

Ideo præcep  
tum de fide  
ficiando sab  
baro ut iudi  
caretur, res  
sanctus esse,  
ad afflictione.

G 5